

ita volet: hæc vero, etiamsi nos differre cursum volueribus, eos qui in se incedunt viatores violenter apprehensos ad destinatam à Domino metam trahit. Nec fieri potest, dilectissimi, ut is qui semel extra portam ad hanc vitam deducens egressus est, idque iter inivit, non etiam ad illius terminum perveniat: sed unusquisque nostrum ubi è materno sinu exivit, statim temporis fluente illigatus rapitur, semper à tergo diem quam vixit relinquens, nec unquam ad hesternam, etiamsi velit, reverti valens. Nos autem lætamur cum progredimur ulterius, et permutata ætate quasi non nihil acquirentes, gaudemus; ac beatum quidam ducimus, cum quis ex puero vir, et ex viro senex factus est. Sed fugit nos tantum vitæ spatium à nobis amitti, quantum viximus, sicque inscientibus nobis vita absimitur, quamquam semper ipsam ex eo quod ante actum est, quodque jam præterfluxit, metiamur: neque cogitamus quam incertum sit, quantum nobis temporis ad hunc cursum impertire velit qui nos ad hoc iter perficiendum misit, et quando cuilibet cursori sit introitus portas aperturus, et quod oporteat nos quotidie ad perfectionem hinc faciendam præparatos esse, et Domini nutum oculis fixis expectare. (S. Basil., hom. «Quod mundanis adhærendum non sit,» n. 2, tom. II, fol. 164.)

No dudamos que San Ambrosio tuvo á la vista estos pasajes, al servirse de la misma alegoría. (In psalm. I, Enarrat., n. 24, tom. III, fol. 18.)

LECCION XXV.

Admiracion, exclamacion, apóstrofes: estas figuras se usan á menudo simultáneamente y acompañadas de interjecciones.

Vox autem obsecrantis est, Hosanna, sicut nonnulli dicunt qui hebræam linguam noverunt, magis affectum indicans, quam rem aliquam significans: sicut sunt in lingua latina quas interjecciones vocant, velut cum dolentes dicimus, Heu! vel cum delectamur Vah! dicimus; vel cum miramur: dici mus: O rem magnam! tunc enim, O, nihil significat, nisi mirantis affectum. (S. Aug.: In Joann. Evang., tract. LI, tom. III, fol. 1764.)

Sunt enim quædam verba certarum linguarum, quæ in usum alterius linguæ per interpretationem transire

non possint. Et hoc maxime interjectionibus accidit, quæ verba motum animi significant potius, quam sententiæ conceptæ ullam particulam. (S. Aug.: *De Doctr. christ.*, lib. II, cap. XI, tom. III, fol. 42.)

La exclamacion, admiracion y apóstrofe son figuras tan usadas y conocidas, que los ejemplos estarian demás: los jóvenes, sin embargo, los encontrarán en gran número y muy notables en el elocuentísimo discurso de San Gregorio Nazianceno, llamado comunmente *Primera invectiva contra Juliano*, Orat. III, tom. I, fol. 45.

Son notables el apóstrofe con que San Agustin se dirige al Señor: O Domine! etc. (Enarrat. in psalm. xcix, tom. IV, fol. 1275); y el que dirige á Nuestro Señor Jesucristo: «Exurge in adiutorium mihi, Domine Jesu;» y en seguida al Apóstol: «Dic nobis, Paule beatissime.» (Enarrat. in psalm. cxviii, serm. II, n. 2, fol. 1505.) Tambien es muy notable otro apóstrofe en el que San Juan Crisóstomo, dirigiéndose al Señor, «Quid hoc, ò bone Domine! hace y disuelve una objecion. (In illud «vidi Dominum,» hom. I, n. 6, tom. VI, fol. 104.) No podemos ménos de recomendar el elocuentísimo apóstrofe con que San Agustin se dirige á la Iglesia Católica, que principia así: «Merito, Ecclesia catholica Mater christianorum verissima,» etc. (*De moribus Eccles. cath.*, lib. I, cap. xxx, tom. I, fol. 1336.) Léase á la vez la aclaracion que hace el Santo, en el n. 5, cap. VII del lib. I de sus *Retractaciones*, tom. I, fol. 593.

Prosopopeya.

Para conocer la naturaleza de esta figura y el estado de ánimo que supone en el que la usa, puede verse lo que dicen: San Juan Crisóstomo, in psalm. XLVI, tom. V, fol. 187; y el precioso análisis que sobre aquellas palabras: «Mare vidit et fugit, Jordanis conversus est retrorsum,» hizo el mismo Santo Doctor, in psalm. xciii, tom. V, fol. 294. Tambien es muy interesante lo que el mismo Santo dijo al exponer el salmo cXLVIII, tom. V, fol. 489. Recomendamos igualmente el estudio de los pasajes de San Agustin, que se encuentran en su sermón sobre el salmo cXLVIII, tom. IV, fols. 1939 y 1946, y toda la bella exposicion del salm. cXLIV, fol. 1869.

La prosopopeya de que se sirve San Agustin para des-

cribir la lucha interior de un pecador, principia con estas palabras: «Aliquando possident hominem duæ dominæ contrariæ, avaritia et luxuria.» (Serm. LXXXVI, tom. v, fol. 526.) Este pasaje tiene, entre otras bellezas, una enérgica y amorosa recomendacion: «Tædeat te oliber in libertatem vocate, tædeat te talium dominarum servitus.»

Retinebant nugæ nugarum, et vanitates vanitatum antiquæ amicæ meæ, et succutiebant vestem meam carneam, et submurmurabant. Dimittisne nos? Et à momento isto non erimus tecum ultra in æternum? Et à momento isto non tibi licebit hoc et illud ultra in æternum? Et quæ suggerebant in eo quod dixi: Hoc et illud? Quæ suggerabant, Deus meus? Avertat ab anima servi tui misericordia tua! Quas sordes suggerabant! Quæ dedecora! Et audiebam eas jam longe minus quam dimidius non tanquam libere contradicentes eundo in obviam, sed veluti à dorso mussitantes, et discedentem quasi furtim vellitantes, ut respicerem. Retardabant tamen cunctantem me abriperere atque excutere ab eis et transilire quo vocabar, cum diceret mihi consuetudo violenta: Putasne sine istis poteris?

Sed jam tepidissime hoc dicebat. Aperiebatur enim ab ea parte qua intenderam faciem, et quo transire trepidabam, casta dignitas continentia, serena et non dissolute hilaris, honeste blandiens ut venirem neque dubitarem, et extendens ad me suscipiendum et amplectendum piæ manus plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri et puellæ; ibi juvenus multa et omnis ætas, et graves viduæ, et virgenes anus: et in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis; sed fecunda mater filiorum gaudiorum de marito te, Domine. Et irridebat me irrisione hortatoria, quasi diceret: Tu non poteris quod isti, quod istæ? An vero isti et istæ in semetipsis possunt, ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Quid in te stas, et non stas? Projice te in eum; noli metuere, non se susbtraet ut cadas: projice te securus, expiciet et sanabit te. Et erubesceram nimis, quia illarum nugarum murmur adhuc audiebam, et cunctabundus pendebam. Et rursus illa, quasi diceret: obsurdesce adversus immunda illa membra tua super terram, ut mortificentur. Narrant tibi delectationes, sed non sicut lex Domini Dei tui (Psalm. cxviii, 85.) Ista controversia in corde meo, non nisi de meipso adversus meipsum. At Alypius affixus lateri meo inusitati motus mei exitum

tacitus opperiebatur. (S. August.: *Confes.*, lib. viii, capitulo xi, tom. i, fol. 761.)

El pasaje de San Jerónimo que contra ponemos á otro de Flechier en la página 131, le encontrarán nuestros lectores en la carta XXII del Santo Doctor, «ad Paulam, super obitu Blesillæ.» (Tom. iv, fol. 54.)

Optacion.

La mucha extension del pasaje siguiente nos impide copiarle integro:

«Quis mihi nunc dederit, ut corpus Pauli circumplectar, ut sepulcro hæream, ut pulverem videant corporis illius quæ Christo deerant adimplentis, stigmata illius gestantis, prædicationem ubique diseminantis? Pulverem, inquam, illius corporis, per quod ubique discurrebat? Pulverem corporis, per quod Christus loquebatur, et lux splendebat omni fugere clarior; et vox exsiliebat quovis tonitru dæmonibus terribilior, per quod beatum illud dictum emittebat: *Cupio anathema esse pro fratribus meis?* Per quod loquebatur coram regibus, nec erubescerat? Per quod Paulum didicimus, et Pauli Dominum...? Oris hujus pulverem videre vellem, quo magna et arcana Christus loquutus est, et majora quam per seipsum; ut enim majora per discipulos suos operatus est, ita et majora loquutus est: per quod spiritu mirabilia illa oracula orbi contulit. Quid enim non operatum est os illud eximium...? Nec oris tantum, sed etiam cordis illius pulverem videre vellem, quod si quis cor orbis fuisse dixerit non erraverit, nec si innumerorum fontem bonorum, ac principium et elementum vitæ nostræ dixerit. Nam spiritus vitæ inde in omnia effundebatur, ac membris Christi dabatur, non per arterias emissus, sed per bonorum propositum. Adeo latum cor illud erat, ut civitates integras, populos, et gentes caperet. Nam ait: *Cor meum dilatatum est.* Attamen tam latum cor aliquando cohibuit et strinxit amor, qui ipsum dilatabat. *Ex multa enim tribulatione et angustia cordis,* inquit, *hanc vobis scripsi.* Et dissolutum videre cuperem, quod ardeat erga singulos pereuntes, quod iterum parturiat abortivos filios, quod Deum videat; nam quid mundo corde sunt, inquit, Deum videbunt. Cor hostiam factum; sacrificium enim Deo est spiritus contritus... Vellem pulverem videre manuum carnis constrictarum, per quarum impositionem spiritus

dabatur, per quas hæ litteræ scriptæ sunt: *Videte*, inquit, *qualibus litteris scripsi vobis manu mea*; ac rursus, *Salutatio mea Pauli manu*. Manuum, inquam, illarum, quas videns vipera, in rogam cecidit. Vellem pulverem videre oculorum, probe excæcatorum, et postea rursus videntium ad salutem orbis, qui et Christum in corpore videre dignati sunt, qui terrena videbant, et non videbant, qui illa quæ non videntur videbant, qui somnum no noverant, qui mediis in noctibus vigilabant, qui non eadem quæ invidi patiebantur. Vellem quoque pulverem videre pedum illorum, qui orbem peragrantes non laborabant, qui in ligno vincti erant, quando carcerem concussit; qui terram habitata et inhabitata circuierunt, ac sæpe vias emetiebantur. Et quid opus est singula recensere? Vellem sepulcrum videre, ubi jacent arma justitiæ, arma lucis, membra nunc viventia, et mortua dum ille viveret, in quibus omnibus vivebat Christus, quæ crucifixa erant mundo, membra Christi, quæ Christum induebant, templum spiritus, ædificium sanctum, quæ spiritu ligata erant, quæ confixa erant timore Dei, quæ stigmata Christi habebant. Hoc corpus urbem illam quasi mœniis cingit, quod omni turre et vallis innumeris tutius est: et cum hoc etiam Petri corpus, nam illum viventem honoravit. *Ascendi*, inquit, *videre Petrum*. Ideoque hinc demigrantem illum contubernalem facere gratia dignata est. Vellem videre leonem spirituales. Quemadmodum enim leo ignem emittens in vulpium greges, sic in dæmonum et philosophorum turmam incidit, ad velut fulminis jactus, in dæmonis phalanges illatus est. (S. Joann. Chrysost., in epist. ad Rom., hom. XXXII, nn. 2 et 3, tom. ix, fols. 756-759.)

Imprecacion, conminacion.

Para la inteligencia de estas locuciones ayuda mucho el estudio de los sermones de San Agustin sobre los Salmos. Pueden leerse tambien los nn. 1 y 2 del serm. XXII, tom. v, fol. 148. Aprovechamos esta ocasion para recomendar á los jóvenes predicadores la traduccion de los Salmos hecha por el Jesuita Berthier, cuyas notas eruditas y piadosas reflexiones son de un valor inestimable. —Aviñon, 1817. Tambien es de mucho mérito la explicacion de las cartas de San Pablo, hecha por el P. Bernardino de Picquigny. —Lyon, 1853.

El diálogo de San Efrén, que hemos citado en la página 132, en la edicion de Bossio, Antuerpia, 1619, lleva el título *De abrenuntiatione in sacro baptisate facta*, tom. i, fol. 150. En la de Venecia, 1755, que es la que últimamente hemos tenido á la vista, lleva el título *Interrogationes et responsiones*, entre las cuales va incluido el diálogo *De abrenuntiatione*, etc., tom. i, fol. 297.

Adjuracion.

Ecce episcopus præmonet; moneo, prædico, denuntio. Audiatur Episcopus jubens, audiatur Episcopus monens, audiatur Episcopus rogans, audiatur Episcopus adjurans. Adjuro per ipsum qui hodie natus est: adjuro, obstringo, nemo faciat. Ego me absolvo. Melius est ut monens audiar, quam tristis sentiar. (S. Aug., serm. CXCVI in natali Domini, cap. iv, tom. v, fol. 1021. Véase otra bellísima adjuracion, in psalm. xxxvii, tom. iv, fol. 299.)

In ipsa correctione vel coercitione alienorum peccatorum cavendum est, ne se extollat qui alterum corripit... Foris terribiliter personet increpatio; intus lenitatis teneatur dilectio... Neque ergo consentientes sitis malis ut approbetis; neque negligentes, ut non arguatis; neque superbientes ut insultanter arguatis. (S. Aug., serm. LXXXVIII, n. 20, tom. v, fol. 549.)

Se han de predicar las verdades austeras de la Religión, pero con mucha caridad: las precauciones caritativas son mucho más necesarias cuando nos dirigimos á los que han abandonado la Iglesia y naufragado en la fé.

Las palabras de San Juan Crisóstomo, citadas en la página 133, son de un interesante pasaje de la hom. II, sobre la carta á Tito, n. 2, tom. xi, fol. 739.

Podíamos formar un libro, si tuviéramos espacio, con los saludables consejos y admirables ejemplos que sobre puntos tan interesantes nos han dejado los Santos padres. ¡Ojalá que los jóvenes, segun se ofrezca oportunidad, tengan el buen gusto de leer algunos de los pasajes que a continuacion indicamos! (San Juan Crisóstomo: *De Sacerdocio*, lib. ii, n. 4, tom. i, fol. 375.—In S. Phocam martyrem et contra hæreticos, n. 2, tom. ii, fol. 705.—In epist. ad Coloss., hom. XI, nn. 2 et 3, tom. xi, fol. 406.—In Gen., serm. IX, tom. iv, fol. 488.)

— San Agustín, en su exposición de la carta á los Gálatas, cap. vi, nn. 56 y 57, tom. iii, fol. 2143.—De utilitate jejunii, serm., cap. ix, tom. vi, fol. 714.—Enarrat. in psalmo cxxxvii, los cuatro últimos números, tom. iv, fol. 1801.—Enarrat. in psalm. cxxxix, con especialidad el n. 2, fol. 1803.—Serm. CCCLVII, tom. v, fol. 1582, sermon CCCLVIII, fol. 1586.—Enarrat. in psalm. xxxix, n. 1, tom. iv, fol. 431.

San Gregorio Nazianceno, Orat. XXVI, tom. i, fol. 405. «Ac maxime» hasta «peræque utilis est.» en el fol. 407, y los cuarenta y seis versos, desde el que principia: «Hænamque fidei,» del poema de su vida, en el tom. ii, folio 15.

Difícilmente habrá una composición donde con más vigor y dulzura se concilien los sagrados derechos de la verdad y el amor é interés por los que han tenido la desgracia de abandonarla, que la carta de San Cipriano al Papa Cornelio, «de Fortunato et Felicissimo, sive contra hæreticos,» fol. 191.

Obsecración.

Sed vos me audite, o baptizati; audite me vos, per sanguinem Christi renati; obsecro vos per nomen quod super vos invocatum est, per illud altare ad quod accessistis, per sacramenta quæ accepistis, per judicium futurum vivorum et mortuorum; obsecro vos, obstringo vos per nomen Christi, etc. (S. Aug.: serm. CCXXIV, n. 4, tom. v, fol. 1095.)

Véanse otros ejemplos de tiernas é interesantes obsecraciones del mismo Santo, serm. CCXXVIII, n. 2, tom. v, fol. 1102.—Serm. CCXXXII, n. 8, fol. 1112.

Diversas formas y exquisitas precauciones que la caridad inspiraba á los Santos Padres.

San Juan Crisóstomo, «De Incomprehensibili contra Anomæos,» hom. 1, n. 6, tom. i, fol. 450.—Adversus Judæos et Gent., «Quod Christus sit Deus,» n. 1, tom. i, folio 558.—Ad pop. Antioch., hom. XVI, n. 4, tom. ii, folio 167.—In princ. Act., hom. I, tom. iii, fol. 54.—In epist. ad Corinth., hom. iii, n. 1, tom. x, fol. 14.—In Lazarum, hom. VII, n. 2, tom. i, fol. 790.

— La homilía pronunciada por San Juan Crisóstomo con motivo de la caída de Eutropio está en el tom. iii, folio 381.

Elocuencia noble y familiar á la vez.

San Juan Crisóstomo, *De penitentia*, hom. I, n. 1, tom. ii, fol. 279.—San Basilio, in psalm. lxx, n. 1, tom. i, fol. 188.—San Gregorio Nazianceno, orat. I, tom. i, folio 37.—Orat. XXVIII, tom. i, fol. 417.

La caridad enseñó á los Santos Padres el gran secreto de hablar de sí mismos convenientemente cuando era necesario.

San Gregorio Magno, lib. i in Ezech., hom. IX, n. 19, tom. i, fol. 1256.—San Agustín: Enarrat. in psalmo xxxvi, serm. III, tom. iv, fol. 393.—Serm. LI, n. 6, tom. v, fol. 366.—San Gregorio Nazianceno, orat. XX, tom. i, fol. 285.

Estas citas no bastan; para conocer y apreciar el carácter distintivo de caridad, familiaridad y nobleza de la elocuencia de los Santos Padres, es preciso leerlos asiduamente.

La descripción viva y delicada de la caridad con que concluimos la lección XXV en la pág. 136, se halla en el cap. xv del libro *De catechizandis rudibus*, tom. vi, folio 528.

Dubitacion, suspension ó expectacion, pretericcion, permission, concesion.

O no hemos hablado de estas figuras, ó lo hemos hecho de algunas incidentalmente; sus nombres declaran bastantemente en qué consisten. Los jóvenes pueden ver de todas ellas los ejemplos que indicamos á continuación:

— Dubitacion.—San Basilio, in *Hexaëm.*, hom. I, n. 2, tom. i, fol. 2.—Hom. in *ebriosos*, n. 2, tom. ii, fol. 123.—S. Joan. Chrysost., in *Math.*, hom. LXI, n. 2, tom. vii, fol. 612.

Cuando esta figura se prolonga, se llama suspension; de la cual hallamos un bello ejemplo en el n. 15 del tratado sobre el salmo cXLIV de San Hilario (fol. 568). Au-

disio (1) elogia, y con razon, el pasaje en que Bourdaloue entra en materia, despues del exordio de su sermón para el dia de Viérnes Santo. «Que un Dios obré como Soberano, que haya criado el cielo y la tierra,» etc. O Bourdaloue tuvo á la vista el pasaje que acabamos de citar de San Hilario, ó los dos grandes oradores concibieron la misma idea.

Corrección.—San Agustin, serm. XXVI, n. 2, tom. v, fol. 163.—Serm. XL, n. 2, fol. 244.—Serm. CCCXLIX, n. 4, tom. v, fol. 1531.

Pretericion.—San Agustin, serm. XXXII, n. 25, folio 205.—S. Gregorio Nazianceno, poema de su vida, tomo II, fol. 2.

Permission.—San Agustin, lib. v de sus *Confes.*, capítulo II, tom. I, fol. 706.—Serm. XL, n. 5, tom. v, folio 245.

Concesion.—San Juan Crisóstomo, en su hom. IV «De laudibus S. Pauli,» expone, y parece conceder, algunas acusaciones contra San Pablo; mas de todas ellas toma ocasion para realzar la grandeza del Apóstol. (Tom. II, folio 506.)—Hom. IX, in *Math.*, n. 1, tom. VII, fol. 130.

LECCION XXVI.

San Efrén comenta con concision y energía el *Cantemus Domino* de Moisés. (In Exod. explanatio, cap. XV, tom. II, fol. 91.)

En las páginas 139 y 140 hemos copiado cuatro frases de San Agustin, tomadas de los números 20, tom. III (folio 98), 10 (fol. 93), 17 (fol. 97), y 21 (fol. 98) del lib. IV *De la Doctrina cristiana*.

El arte debe ocultarse. O no hemos de declarar que de algunas incidentalmente sus nombres declaramos Ecclesiastica interpretatio etiam si habet eloqui venustatem, dissimulare eam debet et fugere, ut non otiosis philosophorum scholis paucisque discipulis, sed universo loquatur hominum generi. (S. Hieron. in epistola XXXI ad Pammachium, tom. IV, fol. 244.)

(1) Leccion XVIII, tom. I, pág. 256.

Anécdota.—San Jerónimo y el Nazianceno.—Se reprende el abuso del lenguaje figurado.

Nolo te declamatorem esse et rabulam garrulumque sine ratione, sed mysteriorum peritum, et sacramentorum Dei tui eruditissimum. Verba volvere, et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est. Attrita frons, interpretatur sæpe quod nescit: et cum aliis persuaserit, sibi quoque usurpat scientiam. Præceptor quodam meus Gregorius Naziancenus, rogatus à me ut exponeret, quid sibi vellet in Luca sabbatum... id est, *secundo-primum*, eleganter lusit, docebo te, inquit, super ac re in Ecclesia: in qua mihi omni populo acclamante, cogaris invitus scire quod nescit. Aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiæ condemnaberis. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam et indoctam concionem, linguæ volubilitate decipere, quæ quidquid non intelligit, plus miratur. M. Tullius (in quem pulcherrimum illud elogium est: Demosthenes tibi præripuit ne esses primus Orator: tu illi, ne solus) in Oratione pro Quinto Gallio, quid de favore vulgi, et de imperitis contionatoribus loquatur, attende: ne his fraudibus ludaris. Loquor enim, quæ sum ipse nuper expertus. Unus quidam Poëta nominatus homo, per litteratus, cujus sunt illa colloquia Poëtarum ac Philosophorum, quum facit Euripidem et Menandrum inter se, et alio loco Socratem atque Epicurum disserentes, quorum ætates non annis, sed sæculis scimus esse disjunctas, quantos his plausus et clamores movet? Multos enim condiscipulos habet in theatro, qui simul litteras non didicerunt. (S. Hieronym.: Epist. XXXIV ad Nepotianum, tom. IV, fol. 262.)

La carta en que San Jerónimo, escribiendo á Nepociano, critica el estilo pueril con que el mismo Santo, siendo jóven, escribió á Heliodoro, es la XXXIV, tom. IV, folio 256. La censurada es la V, tom. IV, fol. 62.

Hinc ergo et omni ex parte liquet, nihil humanum ab ipso, sed divina et cœlestia esse dogmata, quæ à divina illa anima ad nos pervenerunt. Neque enim verborum strepitum, non dictionis fucum, neque nominum, verborumque ornatum et compositionem superfluum vel inutilem videmus; hæc quippe procul sunt ab omni philosophia; sed vim invictam et divinam, et rectorum dog-

matum immensam virtutem, innumerabiliumque bonorum largitionem. Nam in prædicatione nimia verborum curiositas superflua esset, et sophisticis digna; imo non sophisticis, sed pueris insipientibus; ita ut apud eos ipse philosophus induceret magistrum suum quem suæ artis pudebat, quique dicebat iudicibus, ipsos audituros ab se esse verba sine artificio, et ut casus ferebat, prolata; non exquisitis ornata dictis, non verbis et nominibus selectis fucata. Neque enim par est, inquiebat, ò viri! hujus ætatis virum, adolescentis proferre verba coram vobis iudicibus. Ac vide quam sit illud ridiculum: quam enim rem tamquam turpem, philosophia indignam, adolescentiumque opus magistrum suum fugere dixit, huic maxime ipse operam dedit. (S. Joann. Chrys., in Joan., hom. II, n. 3, tom. viii, fol. 11.)

Non ergo verborum fastu opus est, sed mente; et Scripturarum peritia, sensuumque vi. (S. Joann. Chrys., in Epist. ad Tituum, hom. II, n. 2, tom. xi, fol. 739.)

Simil de San Agustin y crítica de un pasaje de San Cipriano.

Recomendando que se procure predicar de una manera agradable, añade: «Sed quoniam inter se habent nonnullam similitudinem vescentes atque discentes, propter fastidia plurimorum, etiam ipsa sine quibus vivi non potest, alimenta condienda sunt. (De Doct. christ., lib. iv, cap. xi, tom. 100.)

Nulla modo mihi sonat diserte, quod dicitur inepte... scriptorum nostrorum apices nolumus, cum ab aliquo sano leguntur à succo gravitatis jejunos judicari, et ipsum in eis dum nullis sentiis utilibus pascitur, supervacaneo labore jejuno. (S. Aug., contr. litt. Petiliani, lib. ii, cap. xxxii, n. 73, tom. ix, fol. 283.)

His enim maxime utile est nosse, ita esse præponendas verbis sententias, ut præponitur animus corpori. Ex quo fit ut ita male debeant veriores quam disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores, quam formosiores habere amicos. (San Aug.: De catech. rudibus, cap. xi, tom. vi, fol. 320.)

In populo autem gravi, de quo dictum est Deo, *In populo gravi laudabo te* (Psal. xxxvi, 18), nec illa suavitas delectabilis est, qua non quidem iniqua dicuntur, sed exigua et fragilia bona spumæ verborum ambitu ornantur, quali nec magna atque stabilia decenter et gra-

viter ornarentur. Est tale aliquid in epistola beatissimi Cypriani, quod ideo puto vel accidisse, vel consulto factum esse, ut sciretur à posteris, quam linguam doctrinæ christianæ sanitas ab ista redundantia revocaverit, et ad eloquentiam graviolem modestioremque restrinxerit; qualis in ejus consequentibus litteris secure amatur, religiose appetitur, sed difficilime impletur. Ait ergo quodam loco: *Petamus hanc sedem: dant secessum vicina secreta; ubi dum erratici palmitum lapsus pendulis nexibus per arundines bajulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt* (Cypr., epist. I ad Donatum.) Non dicuntur ista nisi mirabiliter affluentissima fecunditate facundiæ; sed profusione nimia gravitate displicent. Qui vero hæc amant, profecto eos qui non ita dicunt, sed castigatius eloquuntur, non posse ita eloqui existimant, non iudicio ista devitare. Quapropter iste vir sanctus et posse ostendit sic dicere, quia dixit alicubi, et nolle, quoniam postmodum nusquam. (S. Aug.: De Doct. christ., lib. iv, cap. xiv, tom. iii, fol. 102.)

La preciosa carta del Nazianceno á Nicóbulo, que hemos extractado en la pág. 140, es la CCIX, tom. i, folio 859.

LECCION XXVII.

De los tres géneros de estilo.

Lo que se refiere en la página 141 del olvido de San Basilio al comenzar su homilia VIII sobre la creación, se lee en el n. 2 de dicha homilia, tom. i, pág. 71. Y lo que á continuación se dice de la imitación de San Ambrosio y de su justa observación sobre los diversos estilos, está en el lib. v, cap. xii del *Hexaëmeron*, tom. i, fol. 70.

El pasaje del Nazianceno en la oración fúnebre de su hermana Gorgonia le hemos extractado del discurso XI, tom. i, fol. 160.

Toda la parte didáctica de esta lección la hemos tomado del lib. iv *De la Doctrina cristiana* de San Agustín, quien ha escrito sobre la materia con tan buen juicio y sano gusto, que nada deja que desear. Los capítulos desde el xvii al xxv, tom. iii, fols. 104-117, son preciosísimos. El análisis que de ellos hicieron los jóvenes